

**Gerunds, Supines and Participles: The *modus gerundi* in Servius' Virgil Commentaries and the Latin Grammarians.**

**Robert Maltby: University of Leeds**

1 Grammarians cited: in rough chronological order: 1 Quintilian (late c. 1); 2 Charisius (mid c. 4); 3 Probus (mid c. 4); 4 Donatus (mid c. 4); 5 Diomedes (mid c. 4); 6 Phocas (late c. 4- early c. 5); 7 Servius (late c. 4- early c. 5); 8 Cleodionus (mid c. 5); 9 Pompeius (late c. 5- early c. 6); Priscianus (late c. 5- early c. 6)

2 Diom. *GL I 342.4-27 participialis* uerborum **modus** est cuius uerba, quod sint participiis similia, **participialia** dicuntur, nec tamen participia sunt, ut legendi legendum, lectum lectu ... haec eadem sunt quae Probus **supina** appellat merito, quoniam nec certum habent tempus nec numerum nec personam nec significatum, quo solo ab impersonalibus differunt. nam impersonalia agentis tantum habent significatum, ut puta legitur ... hoc est omnes legunt ... participialia autem et patientis habent significatum. nam cum dicit Vergilius (*Ecl. 8.71*) 'frigidus in pratis cantando rumpitur anguis' patientem, non facientem ostendit; significat enim dum incantatur; et (*Aen. 2.81*) 'uritque uidendo femina', non dum uidet, sed dum ab aliis ipsa conspicitur: item (*Aen. 2.81*) 'fando aliquod si forte tuas peruenit ad aures' pro dum dicitur passiuam significatione. aliter enim dictum est (*Aen. 2.6*) 'quis talia fando', actiuam significatione; item (*Aen. 1.111*) 'miserabile uisu', quod significat miserabile, dum uidetur; et (*Aen. 6.76*) 'finem dedit ore loquendi', quod significat finem dedit ore, dum loquitur; et (*Georg. 4.544*) 'dictu mirabile monstrum', quod est mirabile, dum dicitur. et huius modi declinatio tam ex actiuam quam ex passiuam significatione nascitur.

3 Active and Passive ablative gerunds in Servius:

***modus gerundi: passive***

**Virg. *Ecl. 8.71 frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*** 'the cold snake in the field is burst by singing'

Serv. *Ecl. 8.71* 'cantando' dum ei incantatur. nam gerundi modus ab omni uerbo similiter procreatur: unde modo 'cantando' a passiuo ait, cum supra ab actiuo dixerit ut *Ecl. 3.25 cantando tu illum?*  
Cf. Serv. *Aen. 1.713* below

Diom. *GL I 343.16* (Virg. *Ecl. 8.71*) patientem non facientem ostendit  
Prisc. *GL II 413.7* (Virg. *Ecl. 8.71*) passiuam posuit

Coleman (1978) 245 ad loc. "By the act of singing". The gerund, like other verbal nouns, e.g. *cantus*, is neutral as to the distinction of active and passive voice; cf. *mansuescit arando* (*Georg. 2.239*)

Clausen (1994) 258 ad loc. 'For the construction *cantando rumpitur*, with the gerund implying a subject other than the verb to which it is attached, cf. *Georg. 2.239*

*mansuescit arando*, 250 *lentescit habendo*, 3.215 *uritque uidendo*, 454 *uiuuitque tegendo*, Aen. 12.46 *aegrescitque medendo* and Munro on Lucr. 1.312 *anulus in digito tenuatur habendo*.'

**Virg. *Georg. 2.239 nec mansuescit arando*** 'does not grow mellow through ploughing'

Serv. *Georg. 2.239* 'mansuescit arando' dum aratur.

**Virg. *Georg. 2.250 sed picis in morem lentescit habendo*** 'but like pitch grows sticky in the hands by holding'

Serv. *Georg. 2.250* 'habendo' dum habetur.

Mynors (1990) 132 ad loc. 'The modal abl. of the gerund with a subject which is not the subject of the main sentence, see Munro on Lucr. 1.312 *anulus in digito subter tenuatur habendo*; *Ecl. 8.71*, *Georg. 2.239*, 3.215 *uritque uidendo / femina*, 3.454.

**Virg. *Georg. 3.215-216 carpit enim uiris paulatim uritque uidendo / femina*** 'the female, by being seen, gradually drains his strength and enflames him'

Serv. *Georg. 3.215* 'uidendo' dum uidetur: gerundi modus a passiuo

Diom. *GL I 342.17-18* (Virg. *Georg. 3.215*) non dum uidet, sed dum ab aliis ipsa conspicitur.

Prisc. *GL II 413.16* (Virg. *Georg. 3.215*) passiuam protulit.

Mynors (1990) 216 ad loc. 'Forbiger thinks the heifer looks at the bull; but no young man ever lost weight because the girls admired him'.

Thomas (1988) 80 ad loc. 'Lit. 'the female, by his seeing her''.

**Virg. *Aen. 2.81 fando aliquod si forte tuas peruenit ad aures*** 'if by chance through speech anything has come to your ears'

Serv. *Aen. 2.81* 'fando', dum dicitur

Cf. Serv. *Aen. 2.6* below.

Diom. *GL I 342.20* (Virg. *Aen. 2.81*) pro dum dicitur, passiuam significatione.

**Virg. *Aen. 5.710 superanda omnis fortuna ferendo est*** 'all fortune must be overcome by bearing it';

Serv. *Aen. 5.710* 'ferendo est' dum fertur: modus gerundi est a passiuo.

**Virg. Aen. 12.46** (*uiolentia*) *exsuperat magis aegrescitque medendo* ‘his violence mounts higher and grows sick through healing’

Serv. *Aen.* 12.46 ‘medendo’ autem dum ei medetur: nam gerundi modus est a passiuā significatione.

**modus gerundi: active**

**Virg. Ecl. 3.25** *cantando tu illum* ? ‘you beat him in singing?’

See Virg. *Ecl.* 8.71 above, *Aen.* 1.713 below.

Prisc. *GL* II 413.5 (Virg. *Ecl.* 3.25) actiue protulit.

**Virg. Georg. 1.133** *ut uarias usus meditando extunderet artis* ‘that experience by taking thought should hammer out the different arts’

Serv. auct. *Georg.* 1.133 ‘meditando’ ab agente est, id est dum meditatur

**Virg. Aen. 1.713** *ardescitque tuendo* ‘she takes fire as she looks’

Serv. *Aen.* 1.713 ‘tuendo’ dum intuetur. et omnis gerundi modus tam ab agentis quam a patientis significatione similiter profertur, ut (*Ecl.* 3.25) ‘cantando tu illum?’, id est dum cantas, et (*Ecl.* 8.71) ‘frigidus in pratis cantando rumpitur anguis’ id est dum ei cantatur.

**Virg. Aen. 2.6** *quis talia fando* ‘who, in saying such things...’

Serv. *Aen.* ‘fando’ dum ipse dicit. alibi dum dicitur ut (2.81) ‘fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures’, qui gerundi modus est.

Diom. *GL* I 342.21 (Virg. *Aen.* 2.6) actiua significatione

Prisc. *GL* II 413.10 (Virg. *Aen.* 2.6) actiue dixit.

**Ablative gerunds explained with dum periphrases in Donatus’ Terence commentary:**

Ter. *Andr.* 938 *mirando tanto hoc tam repetino bono*

Don. *Andr.* 938.2 ‘mirando’ dum miror. et est participium

Ter. *Eun.* 847 *ita miserrumus / fui fugitando*

Don. *Eun.* 846.1 ‘fugitando’ id est, dum fugio

4. Quint. *Inst.* 1.4.29 nam ut noctu et diu ita dictu factoque. sunt enim haec quoque uerba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoque.

Charis. *GL* I 175.25 uerba supina sunt haec, docendi docendo docendum doctum doctu.

Often grammarians offer alternative denominations for the gerund/supine: e.g. Phocas *GL* V 436.22 *gerundi, participia, supina*, Pomp. *GL* V 212.27 *gerundia uel participialia*, Prisc. *GL* III 235.7 *participialia uel supina*, III 234.7 *gerundia uel supina*.

5. Serv. *Com. in Don.* *GL* IV 412.17-26 item gerundi quem dicunt modum, plerique negant eum modum esse, sed dicunt participiorum a passiuo futuri (i.e. gerundives *legendus, -a, -um*) et praeteriti (i.e. supines *uisum uisu*) esse declinationem. sed est modus, quia in -u desinit ultimo tempore suo, in quam litteram nullum desinit participium, et significationem habet tam agentis quam patientis, quod utique non haberet, si participium passiuum esset. etenim cum dicimus cantando, et agentis et patientis habet significationem, quod probatur teste Virgilio: nam ubi dicit (*Ecl.* 3.25) ‘cantando tu illum’, agentis significationem ostendit; ubi dicit (*Ecl.* 8.71) ‘cantando rumpitur anguis’, patientis.

6. Serv. *Aen.* 10.628 similiter etiam et per gerundi modum aliquid dicere, ut ‘petendum mihi est equum, codicem, byrrum’ – hinc Vergilius (*Aen.* 11.230) ‘aut pacem Troiano ab rege petendum’, ... nam si dixeris ‘petendus est codex’ iam non per gerundi modum agis, sed participialiter loqueris.

Serv. *Aen.* 11.230 sicut etiam supra (*Aen.* 10.628) diximus, cum per gerundi modum aliquid dicimus, per accusatiuum elocutionem formemus necesse est, ut ‘petendum mihi est equum’

Cf. Don. *Andr.* 156 nota participium a passiuo ‘animaduertenda’, id est: castiganda ac uindicanda est.

Prisc. *GL* III 471.39-472.1 a praesenti uero participio actiuo nascitur futurum passiuum ... ut amans amandus.

7. Ter. *Phorm.* 248-250 *meditata mihi sunt omnia mea incommoda erus si redierit. molendum esse in pistrino, uapulandum; habendae compedes, opus ruri faciundum.*

Don. *Phorm.* 250.2 supra uerba (i.e. *molendum, uapulandum*) gerundia sunt et infra (i.e. *habendae, faciundum*) participia.

Prisc. *GL* II 410.15 quando sunt ... nomina ... ut ‘intellegendi Homeri gratia’ ... quando uero gerundia sunt ... ut ... ‘intellegendi Homerum causa’.

**8. Gerunds and gerundives expressing obligation**

Ter. *Andr.* 254 *uxor tibi ducendast*

Don. *Andr.* 254 ‘ducenda’: semper hoc genus declinationis necessitatem ostendit, ut Vergilius (*Aen.* 11. 230) *aut pacem Troiano ab rege petendum*.

Ter. *Eun.* 97 *faciundum fuit*

Don. *Eun.* 97 'faciundum fuit' legendum, faciundum, scribendum: totum hoc semper necessitati adiungitur, ut Vergilius (*Aen.* 11.230 –see below) et alibi (*Aen.* 8.441) 'arma acri facienda uiro'.

Ter. *Adelph.* 729 *et ducenda indotata est*

Don. *Adelph.* 729 'et ducenda' ... hoc uerbum uim necessitatis habet, ut (*Virg. Aen.* 11.230) 'pacem Troiano ab rege petendum'.

Ter. *Adelph.* 840 *faciundum est*

Don. *Adelph.* 840.2 satis mire tamquam necessitate cogitur ad gaudendum agrestis senex.

Ter. *Hec.* 609 *quod faciendum sit*

Don. *Hec.* 609.4 'faciendum' ... uim necessitatis hoc uerbum exprimit.

**Virg. *Aen.* 3.161 *mutandae sedes*** 'you must change your home'

Serv. *Aen.* 3.161 'mutandae sedes' argumetum a necessitate.

9. **Virg. *Aen.* 8.435 *turbatae Palladis arma*** 'the arms of angry Pallas'

Serv. *Aen.* 8.435 'turbatae' uel concitae et iratae, uel pro 'turbantis': nam timuit homoioteleuton, et fecit supinam significationem.

**Virg. *Aen.* 10.706 *ignarum Laurens habet ora Mimanta*** 'the Laurentine shore holds Mimas, unknown'

Serv. *Aen.* 10. 706 'ignarum', id est ignoratum, qui nesciretur: et est supina significatio, sicut in quarto (*Aen.* 4.71-72) 'liquitque uolatile ferrum / nescius' (leaving in her the winged steel, unknowing) pro 'qui nesciebatur'. Cf. Serv. *Aen.* 4.72 'nescius' aut nescius quod ferierit: aut ignoratus et latens; non qui ceruam nesciret. et rara sunt uerba, quae per contrarium significant: nam cum 'uector' sit proprie qui uehit, inuenimus etiam eum uectorem dici qui uehitur... tale est et 'formidulosus'; cum sit timidus, et timendum significat. cum enim exigat ratio, ut nomina uerbalia agentis habeant significationem, pro passiuam significationem plerumque ponuntur.

10. Serv. *Com. in Don. GL IV 437.13 gaudeo et audeo a plerisque neutropassiuam, ab aliis anomala, ab aliis supina uerba dicuntur, quae in tempore perfecto et plusquamperfecto passiuam habent declinationem, in reliquiis actiuam.*

11. **Virg. *Georg.* 4.484 *Ixonii uento rota constitit orbis*** 'the wheel of Ixion's turning was stopped in the wind'

Serv. auct. *Georg.* 4.483 'uento' pro aduentu significat, ut sit septimus casus: aut 'uentu' uerbum gerundi est – nam intellegi debet aduentu -: fit enim gerundi sic 'uentum uentu':

12. Phocas *GL V 430.30 supina, quae ut actiuam quidem declinantur, sed significationem habent passiuam, ut uapulo, pendeo, ueneo.*

#### **Bibliography of Works Referred to:**

- Clausen, W. (1994) *Virgil: Eclogues*. Oxford. Clarendon Press.  
Coleman, R.G.G. (1977) *Virgil: Eclogues*. Cambridge. CUP.  
Kaster, R.A. (1988) *Guardians of Language*. Los Angeles. Univ. of California Press.  
Mynors, R.A.B. (1990) *Virgil: Georgics*. Oxford. Clarendon Press.  
Tarrant, R. (2012) *Virgil: Aeneid Book XII*. Cambridge. CUP.  
Thomas, R.F. (1988) *Virgil: Georgics*. 2 vols. Cambridge. CUP.